

Monachus g
cum fontibus primis

Tu, si monachus esse uis non
uideri, habeto curam non rei familiaris
cui renuntiando hoc esse cepisti, sed
anime tue.

Tu uero, si monachus esse uis, non
uideri, habeto curam non rei familiaris,
cui renuntiando hoc esse coepisti, sed
anime tuae.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,
125, 7, 1 (CSEL 56, I. Hilberg ed.,
p.124, ll.10-12).

Monachum non loquendo
et discurrendo sed tacendo et
sedendo quisque nouerit.

Parcat sibi, parcat mihi,
parcat nomini Christiano;
monachum se esse non loquendo
et discursando, sed tacendo et
sedendo nouerit;
legat Hieremiam dicentem: bonum est
uiro, cum portauerit iugum ab
adulescentia sua.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 50,
4, 1 (CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.391-2,
ll.20-22, 1-2).

Monachus non
doctoris sed plangentis habet officium
qui uel se uel mundum lugeat et
Domini pavidus praestoletur aduentum.

Monachus autem non
doctoris habet, sed plangentis officium,
qui uel se uel mundum lugeat et
Domini pavidus praestoletur aduentum,
qui sciens imbecillitatem suam et uas
fragile quod portat, timet offendere, ne
impingat et corruat atque frangatur.

Hieronymus Stridonensis, *Aduersus
Vigilantium*, 15 (CCSL 79c, J.-L.
Feiertag ed., p.28, ll.14-18).

Flos quidem et preciosus lapis inter
ecclesiastica ornamenta monachorum et
uirginum chorus est.

certe
flos quidam et pretiosissimus lapis inter
ecclesiastica ornamenta monachorum et
uirginum chorus est.

Ieronimus ad Rusticum monachum.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 46,
10, 1 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.339,
ll.25-26).